

DCCCLXV.

- U. 669 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 306. 4. currente calamo per duas columnas scriptus, et rubro distinctus pariter *Breviarium* est, et quidem Dioeceseos *Salisburg.* ut e praevio *Calendario* liquet, usu multo fatis tritum.

DCCCLXVI.

- U. 670 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 320. 4. per duas columnas bene descriptus, et coloribus illustratus denuo *Breviarium* est, pertinens ad *Bobemiam*, ut *Regni Tutelares* in *Calendario* miniati et fol. 57. ubi oratur: ut *famulum tuum regem nostrum Wenceslaum* (✠ 1419.) cum suis omnibus magna pietatis tue protectione custodias, commonstrant. Ambiunt *Codicem* primum *Literae* patentes, quibus ex auctoritate *Friderici Imp. III. Caspar et Anthonius Wielant germani de Muschnetstn* conferunt *Haquino de Scharis Art. liberal. Magistro Tabellionatus officium*, abscissis tamen aut extritis notis chronicis; dein utrique *Thecae* intus adglutinata est *Membrana* Sec. XII. exhibens ingressum *Homiliae theotiscaae* in *Dom. XIII. post Pentec. (XII.)* quae numero *XLVII.* fuisse videtur; is enim numerus minio margini adscriptus est. Non gravabor rarum istud *Fragmentum* cum *Lectoribus* communicare. *Beati oculi qui uident que uidetis. In iudicium in hunc mundum ueni. ut qui non uident uideant & qui uident*

ceci fiant. ze ainem gerichtē chut unser herre. daz er in dise werlte chomen si. daz blintiv liote gesehent werden. unt gesehentiv liote blint werden. Er sprichet an disem evangelio div ovgen sin selich div sehen daz sine iunger gesehen haben. div oren sin selich div horen daz sin iunger geboret haben. Nu er ze sumelicher liote blintbait in dise werlt chomen ist. war umbe ist distu selde allen liuten nicht gemain. die er den liuten gebaizzen hat die in mit gloubigem hercen baz denne anteriv liote gesehen habent. Die selde unter stet menschlich gemut unt daz wir da ze im uinden daz im aigenlich ist gotlich reht. daz rehtes geribt ze allem cite uuoret dar nab vnd iz daz gemute der lute uindet. Er ist daz reht mit der gnade. er ist ovb daz reht ane gnade. Daz reht mit der gnade ist er sinen urivnten. daz reht ane gnade ist er sinen uinten. want er reht da si. swie uolle oblichen wir uon im verubt sin. sinen guoten willen wil er daz wir da ze im weruen habe wir die uns uerwesen der weruere niht. so weruen selbe umbe unser dinch. unt sumen uns dar an niht. Da stet gescriben. Sua gratuita dona. nostra uult esse merita. Sin gut wille scol chomen uon unser guten gærnden. Von welhen unsern gærnden? Daz wir tun also wir an dem euangelio uernomen haben. Da stet gescriben. Quanto eis precipiebat tanto magis plus predicabant. Den liuten die da en antwort waren. uerbot er daz si des zaichens iht gewugen. so

er inz ie barter verbot. so si in ie mere lobeten. Unde taten uns daz ze ainem pilde. wande oob wir mit dem sichen sin gemerbet. Den sibtuonden er het an dem libe. bet wir an dem gemute. wir beten in uon muotwillen. beten in niht uon de hainen noten. Wir waren ertort unt erstummet so daz wir uon got niht gutes geboren nob gesprechen chunden. den sibtum hat er uns benomen. der gnaden si er gelobet unt geeret. unt swa wir nob haben de hainen gepresten den weruen daz er an uns geruche ze uerwanteln. daz wir nu hinneuoer in snem —
— Difficiliora sunt: Chut pro Quad dixit a Qhuuedan, Cwethan, Queden; Sumelicher aliquorum a Sum, Sumer, angl. Some; Sælde beatitudo a Sald, Sæla, Selig, lat. Salus; Weruen pro Werben petere intercedere; Gærnde quasi Gearnde meritum ab Arnen mereri; Debein obpositum τω Kein aliquis, ullus. Indignandum sane crudae forfici, quae reliqua nobis inuidit.

DCCCLXVII.

U. 677 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 307. 4. eleganter, sed priori Parte luculentius exaratus, coloribus, et initiis deauratis, picturatisque decorus, olim Job. Fabri Ep. Vien. iterum Breuiarium est. Praeit Calendarium, in quo miniati Valentinus Conf. Inuentio S. Stephani et Cholomannus Mart. unde Dioecesin Pataviens. arguo, licet Officia ipsa horum

Festorum nihil peculiare subpeditent. Proprium de Festis tantum a Dom. Pentecostes ad 6. Febr. seu ad Officium de S. Dorothea pertingit. Altera igitur Pars deperiit.

DCCCLXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 666 XIV. Folior. 125. 4. luculente, et majori sua parte minio scriptus, quondamque domus collegij ducalis Uienne hunc Titulum praefert: Incipit ordo siue breuiarium de ecclesiasticis obseruacionibus quid legendum et quid cantandum sit per circulum anni secundum Pataviensem Ecclesiam. Addi poterat: quid agendum; non enim de solis Horis canonicis, et Altaris Sacrificio, sed de omnibus Cerimoniis sacris hic res est, ut adeo Codicem Directorium potius liturgicum inscribas. Directorium ajo; nam multis locis Rituum origo ex Historia eccl. declaratur, et eorum mystica exponitur significatio, et Precationum adhibendarum fere tantum initia scribuntur. Ita in: In aduentu domini ad vesperas. an. Benedictus. ps. Benedictus. Cum reliquis. Cap. Deus pacis. Resp. Ecce dies ve. Vers. In diebus illis. Ymnus Veni redemptor gen. &c. Et mox infra: Ab aduentu domini usque ad natiuitatem eius Te deum laudamus. et Gloria in excelsis. et Ite missa est dimittimus quia maior est gloria noui testamenti quam veteris Cujus typum infra aduentum domini seruamus &c. Sed